siam predictas, quod nec ipsi ad dictam ecclesiam venire et divinis officijs interesse congruo tempore, neque presbyter illius pro necessitatibus cure animarum suarum et sacramentis | ecclesie ministrandis eisdem, infirmosque visitandis ac parvulis baptizandis et alijs ad ipsam curam pertinentibus eis preesse possunt obstantibus supradictis: vnde retro acto tempore premissarum occasione parvulis sine Baptismate et adultis absque sacramentorum percepcione pluribus alijs eciam ipsarum aquarum submersione | morte preventis multa pericula sunt secuta dampnosa suis corporibus et animabus. Verum, Reverendissime pater, dicta ecclesia tantis redditibus noscitur habundare quod preter illius ville proventus minister illius convenienter valet congruam sustentacionem habere. Supplicant igitur, Reverendissime patern. vestr. quatinus cappellam sancti Eligij in dicta villa ab olim constructam et consecratam | in parrochiam ecclesiam erigere et inibi fontem baptismalem et alia insignia parochialia exercicio cure animarum et ministracione sacramentorum huiusmodi concedere, sacerdotemque ydoneum, qui eidem deseruiat et prouentus seu obuenciones ecclesiasticas dicte nove ecclesie percipiat, ad eandem canonicè presentandum instituendum | decernere, servato honore debito eidem matrice ecclesie, concedere dignemini de gracia speciali cunctis opportunis ut in forma et cum commissione inquisitionum super premissis narratis ut moris est faciendum. Deinde vero huiusmodi supplicacione per ipsum dominum cardinalem legatum lecta et recepta eam et contenta ipsa nobis Thome | de Ambrevilla, legum doctori, canonico leodiensi, domini nostri pape capellano, et ipsius palatij apostolici causarum ac domini cardinalis legati predicti auditori tunc presenti commisit examinandum, audiendum, decidendum et fine debito terminandum cum omnibus emergentibus incidentibus dependentibus et connexis. Cujus quidem commissionis | vigore nos Thomas auditor prefatus rite et legitime procedere uolentes preductis coram nobis pro parte dictorum Incolarum et habitatorum dicte ville in Sisenkon principalium predictorum nonnullis testibus fide dignis ad informandum animum nostrum de et super in prescripta supplicacione contentis eis que rite receptis admissis et in | iurisiuratis et per nos examinatis, eorumque dictis et deposicionibus fideliter inscriptis, redactis, per nos visis, tandem honorabilem virum dominum Arnoldum Rectorem parrochiam ecclesie in Altorf predicte

dyocesis personaliter apprehensum ad procedendum et procedi videntum per nos supra ereccione dicte capelle in ecclesiam parochialem vel dicendum | et causam rationabilem si quam haberet, allegandum, quare hec fieri non deberet, et vltorius ad omnes et singulos actus et terminos de iure servandos successive in huiusmodi negocio usque ad diffinitivam sentenciam seu consumacionem dispositionem et ordinacionem dicti negocij ereccionis predicte capelle inclusive per certum | dicti domini cardinalis legati cursorem citari fecimus ad certum terminum peremptorium competentem. In quo comparuit in Iudicio coram nobis dominus Arnoldus Rector prefatus dicens: antedictam capellam in parochialem ecclesiam non fore erigendam propter certas causas tales quales per eum tunc allegatas, et eo tunc idem dominus Arnoldus | Rector adhuc coram nobis in Iudicio existens interrogatus per nos ad discretorum virorum Heymonis Oexser et Jekelini Zwiger Incolarum et habitatorum dicte ville de Sisenkon instantem petitionem medio suo iuramento per eum ibidem in manibus nostris et ad mandatum nostrum tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei | ewangelia prestito dixit et respondit, quod incole et habitatores dicte ville de Sisenkon ad villam et parochialem ecclesiam in Altorf predictis commode sine periculo corporis per terram debitis temporibus venire non possent nec eciam per aquam obsistente vento, quod sepe contingeret, tam in estate quam in hyeme | et quod predictam suam ecclesiam in Altorf credebat esse annui valoris quinquaginta marcharum argenti. Demum nos ad discreti viri magistri Johannis de loe dictorum supplicancium procuratoris, de cuius mandato nobis constabat legitimo documento, instanciam dominum Arnoldum Rectorem predictum tunc absentem, de cuius | absentia nobis constabat in Thurego constantiensis dyocesis vbi tunc dictus dominus cardinalis legatus cum curia residebat et ibidem ad iura reddenda in loco nostro pro tribunali sedebamus, necnon venerabilem et religiosam dominam abbatissam Monasterii in Frovwenmunster ordinis sancti Benedicti Thuricensis predicte dyocesis | ibidem personaliter apprehensam ad dicendum et allegandum, quidquid dicere et allegare volebant ad impediendam ereccionem dicte noue ecclesie, si sua crederent interesse, et ad audiendum decretum nostrum interponi sepe et sepius tam ad portas seu valuas Monasterij fratrum minorum et ipsius refectorij quam per certum | dicti domini cardinalis legati curso-



rem citari fecimus ad certos peremptorios terminos ad hoc concedentes cum dierum competentibus interuallis. In quibus singulis hujusmodi terminis competentibus in iudicio coram nobis, magistri Johanne de loe procuratore predicto procuratorio nomine quo supra parte ex vna, et honorabili viro | Johanne de Stetfurt procuratore substituto per discretum virum magistrum Johannem de Blisekolwe dicte domine abbatisse procuratorem constitutum, de quorum mandatorum nobis constabat legitimis documentis, Idem magister Johannes de loe procurator citacionem in pôrtis seu valuis dicti Monasterij fratrum minorum et ipsius refec | torij debite excutas representavit citatorumque in ipsis contentorum et domini Johannis procuratoris substituti predicti ibidem tunc presentis nec antedictis terminis satisfacere curantis contrarium accusavit, ipsosque quo ad hoc contumaces reputari petendo et in ipsorum contumaciam dictam capellam sancti eligii in parochialem | ecclesiam erigi et decretum nostrum interponi et super hoc pronuciari per nos cum instancia postulavit. Nos tunc dictos citatos in antedictis citacionibus contentos non comparentes quamvis sufficienter et vsque ad horam debitam expectatos in singulorum dictorum terminorum terminis reputauimus contumaces | et in ipsorum contumaciam in vltimo dictarum citacionum termino et presente dicto magistro Johanne de Blisekolwe ex aduerso procuratore ac audiente et non contradicente visis primitus et diligenter inspectis omnibus et singulis actis et actitatis in huiusmodi causa de iurisperitorum consilio decreuimus et | declaramus et presentibus decernimus et declaramus in hunc modum Christi nomine invocato: dictam capellam sancti eligij in predicta villa de Sisenkon edificatam iuste et racionabiliter in ecclesiam fore erigendam ordinatis propriis et assignatis redditibus | sufficientibus pro dote dicte ecclesie erigende et vita sacerdotis in ea instituendi; lecta lata et in scriptis pronuciata fuit hec nostra presens declaracio seu decretum per nos Thomam auditorem prefatum Thuregi in Monasterio fratrum minorum, nobis inibi mane hora terciarum ad iura reddenda in loco | nostro solito pro tribunali sedentibus sub anno a nativitate domini Millesimo trecentesimo octingentesimo septimo, Jndictione decima, die veneris vndecima mensis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape sexti, anno decimo, presentibus ibidem discretis viris domino | Andrea Gro-

tochus canonico sancti Martini Mindensi, et Johanne de traiecto clerico leodiensis dyocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. <sup>1)</sup>)

16.

1387, 19 Weinmonats.

(Kirchenlade Sifikon.)

Philippus de Alenconio miseracione diuina episcopuss Ostiensis | Romane sacrosancte ecclesie cardinalis, patriarcha aquilegensis et apostolice sedis Legatus, dilectis in Christo preposito ac cantori ecclesie sancti Johannis constanciensis, et officiali constanciensi, salutem in domino. Peticio dilectorum nobis in Christo Incolarum et habitatorum uille in Sisenkon, constanciensis dyocesis, nobis exhibita continebat, quod | olim pro parte ipsorum Incolarum et habitatorum nobis expositis, quod predicta villa per quatuor miliaria Itatica a loco matricis ecclesie de Altorf eiusdem dyocesis distaret et quod magna et periculosa aqua inter villam et ecclesiam predictas existeret, quod ipsi plerumque propter aeris tempestatem, ipsam aquam transire et ad | dictam ecclesiam venire ac diuinis officiis congruo tempore interesse nequirent, quodque premissis obstantibus Rector eciam illius ecclesie debitis temporibus eis ecclesiastica Sacramenta ministrare, infirmos uisitare ac paruulos baptizare non posset, propter quod nonnulli ex eis pro tempore infirmi absque sacra- | menta et paruuli sine baptismo huiusmodi ab hac luce migrauerunt. Quare predicti Incole et habitatores nobis humiliter supplicarunt, ut capellam sancti eligij in dicta uilla ab olim constructam et consecratam in parochialem ecclesiam erigere de speciali gracia dignaremur. Nos de premissis certam noticiam | non habentes, negociam ereccionis huiusmodi cum omnibus dependentibus et connexis dilecto nobis in Christo magistro Thome de Ambreuilla, legum doctori, capellano domini nostri pape, ac causarum palacij apostolici et nostro auditori ad instanciam dictorum Incolarum et habitatorum examinandum audiendum commissimus et fine debito | terminandum. Primo et post decreti eiusdem auditoris interpositionem, quo decreuit et declarauit predictam capellam in

<sup>1)</sup> Es folgt hier der Urschrift noch angefügt, was in der Urkunde vom 5 Horn. 1389 unter zwei Sternen auf Seite 24 — 27 eingeschalten ist.

ecclesiam fore erigendam, capelle eiusdem erectionem ac omnia ad hec opportuna conueniencia seu necessaria sacerdotisque ydonei in ea institutionem ei auditori commissimus et per eum | expediri, fineque debito terminari volumus et mandamus. Qui quidem auditor cognitis huius cause meritis, vocatis vocandis et iuris ordine, prout natura dicti negocij requirebat, obseruato ac habito super hiis consilio cum peritis, pronunciavit decrevit et declaravit: predictam capellam in parochialem | ecclesiam cum fonte baptismali, cimeterio, campanis et alijs insignijs consuetis et necessarijs ad ecclesiam parochialem fore erigendam et in parochialem ecclesiam erexit, ita quod ipsa ecclesia sit ammodo per se parochia toto territorio dicte ville limitata, in eaque sacerdotem ammode in antea ad presentationem Rectoris ecclesie in Altorf matricis cum canonico patroni | assensu per loci ordinarium instituendum fore hac vice duntaxat, qua dictus Rector iure presentandi se reddidit indignum excepta, qui sacerdos sicut predicatur in dicta ecclesia sancti eligij instituendus ad sustentacionem suam eiusdem ville obuenciones ecclesiasticas et decimam vini in territorio eiusdem | ville quolibet anno nascituri et eciam iam nati anno presente in horreis Rectoris dicte matricis ecclesie non reconditi vel nomine suo alias non apprehensi valeat et debeat percipere et habere preter et vltra illud, quod pro parte habitatorum et incolarum ville predictae nomine dotis eiusdem ecclesie fuit et est promissum et | constitutum, prout apparere potest per publicum instrumentum de quo vino seu vini decima idem sacerdos matri ecclesie predictae honoris gracia porcionem decimam seu partem aut eius iustum valorem teneatur annuatim prestare et solvere ac populum sepedicte ville iure predictae matricis ecclesie absolvendum fore et absoluit, prout | in Instrumento publico inde confecto dicti auditoris sigillo munito dicitur plenius contineri. Nos itaque prefatorum Incolarum et habitatorum supplicacionibus inclinati, decretum ac pronunciacionem predictas de certa nostra sciencia rata habentes et grata, eaque auctoritate qua fungimur confirmantes, Mandamus quatenus vos | vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios decretum pronunciacionem et declaracionem vbi et quando expedire videritis auctoritate nostra sollempniter publicatis ac execucioni debite demandatis, contradictores eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam conpescendo. Datum Thuregi Constanciensis | dyocesis,



XIII Kal. Novembris, anno domini Millesimo trecentesimo octingentesimo septimo, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape sexti anno decimo . . . |

17.

1389, 3 Hornungs.

(Kirchenlade Sifikon.)

In dei nomine amen. Johannes de Riethein canonicus ecclesie sanctorum felicis et regule Thuricensis constanciensis dyocesis, procurator Jurium episcopalium reuerendi in Christo patris et Domini Domini Burkardi dei et apostolice sedis gracia episcopi constanciensis, Vniversis et singulis presentes literas seu hoc presens | publicum Instrumentum inspecturis seu audituris noticiam subscriptorum cum salute. Noverint quos nosce fuerit opportunum, et quos infra scriptum negocium tangere poterit quomodolibet in futurum. Constitutum coram me et notario nec non testibus subscriptis, anno domini | Millesimo Trecentesimo LXXX nono, Indictione XII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani digna dei providencia pape sexti anno XI, mensis februarii die quinta, hore none vel quasi, ambitu ecclesie sanctorum felicis et regule Thuricensis predicte, Discretus vir | dominus Waltherus dictus Oexser Incuratus ecclesie parochialis in Sisenkon dicte constanciensis dyocesis ex eo, quia eundem dominum Waltherum, non comparentem in capitulo lucernensi conuocato vna cum alijs confratribus nec ecclesiastica iura episcopalia prout et alij confratres ex tunc exsolventem iuxta mandatum | domini episcopi supradicti decano decanatus lucernensis nec non confratribus ac capitulo directo, amonui ut infra novem dierum spacium coram domino episcopo predicto compareret ut saltim causam rationabilem assignaret, quare ad premissa non teneretur et si occasione gwerraram tute dominum episcopum accedere non posset, | quod tunc cum actis et munimentis Thuregi coram me compareret et causam, quare iterum non teneretur, assignaret, qui die date presencium cum literis originalibus subscripti tenoris coram me comparuit, protestans se ad omnia et singula iura episcopalia paratum fore et esse prout et alij Rectores sive | Uicarij dicti decanatus, et quod quam primum tute posset, coram domino episcopo pre-

dicto omnia et singula premissa et subscripta publicare et insinuare intenderet: qua de causa predictum dominum Waltherum tamquam obedientem occasione gwerrarum publicarum presentibus auctoritate ordinaria predicta induciaui | adeo et in tantum quod tute posset se representare domino episcopo predicto vel vsque ad mei Procuratoris revocationem vel domini mei episcopi predicti. Idem quoque dominus Waltherus post premissa michi exhibuit et ostendit literas domini et magistri Thome de Ambrevilla legum Doctoris, Cappellani | sanctissimi in Christo patris et domini Urbani pape predicti ac causarum palacij apostolici auditoris, sigillo eiusdem in cera rubea cera gilui seu crocei coloris circumposita, longe forme, in filo sericeo rubei coloris inpedenti sigillatas, et per discretum virum Theodoricum Copes de Gronlo clericum | Monasteriensi dyocesis, publicum apostolica et imperiali autoritatibus notarium iuratum, conscriptas ac signo et subscripcione eiusdem signatas, nec non literas reuerendissimi in Christo patris et domini domini phylippi de alenconio miseracione divina episcopi Ostiensis, sacrosancte romane ecclesie cardinalis, patriarche | Aquilegensis et apostolice sedis legati sigillo eiusdem domini cardinalis in cera rubra cera gilui seu crocei coloris circumdata, longe forme, in filo sericeo rubei coloris inpendenti sigillatas, non abollitas, non rasas, non cancellatas, omnique prorsus vicio et suspicione carentes, quarum | quidem literarum tenores de verbo ad verbum subscribuntur; ac proposuit et allegavit quod, quamvis ipse et Incole et habitatores ville in Sisenkon communiter et divisim eisdem literis pro suo jure defendendo vti haberent in diuersis locis, easdem tum literas originales propter plurima viarum | discrimina et presencium intermedio gwerrarum tute et sicure ad dicta loca transmittere et transportare non valerent, et obinde, ne probacionis copia ipsis deficeret, si ipse litere originales aliquo periculo seu casu fortuito amitterent, supplicauit michi instanter, quatinus ipsas literas originales per notarium | publicum subscriptum transsumi et exemplari auctoritate ordinaria michi commissa mandarem sigillique mei appensione ipsum transsumptum exemplar facerem communiri, vt ipsi transsumpto exemplari equalis fides velut ipsis literis originalibus adhiberetur in Iudicio et extra vbi pro jure suo et Incolarum | et habitatorum defendendo fuerit apportunum.

Ego vero Johannes de Rielhein predictus petitionem prefati do-

mini Waltheri iustam et rationabilem reputans, literas prenominatas de verbo ad verbum legi et deinde per notarium publicum subscriptum transsumi et exemplari | mandavi ipsumque transsumptum sigilli mei feci appensione communiri. Acta sunt hec anno, Indictione, pontificatu, mense, die, hora et loco quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Conrado dicto Haenis Rectori ecclesie parochialis in Habern, Conrado dicto Hoffkilch beati laurentij | in capella aquatica Thuricensi, et Dankwardo beatarum virginum in ecclesia prepositure Thuricensis aliorumque . . . . . ad premissa vocatis pariter et rogatis. Tenor autem literarum domini et magistri Thome de Ambrevilla auditoris prenotati, de quibus supra fit mencio | de verbo ad verbum sequitur et est talis. (Folgt die frühere Urf. v. 11 Weinm. 1387.)

\* Subsequenter idem dominus cardinalis legatus quandam aliam commissioois seu supplicacionis cedulam per certum suum curso-rem nobis presentari fecit | quam cum ea qua decuit reverencia recepimus in hec verba: „Reuerendissime pater, alias venerabilis vir „dominus Thomas de Ambrevilla sacri palacij apostolici causarum „ac vestre paternitatis auditor ex commissione cels. patern. sibi „facta omnibus rite actis decreuit, capellam sancti eligij in villa „de Sisenkon fore | et esse in parochialem ecclesiam erigendam „et alia iuxta formam huiusmodi decreti, quod presentibus digne- „mini habere pro expressis. Supplicant igitur parochiani dicte ville, „quatenus eidem auditori omnia alia et singula que ad plenam per- „feccionem ereccionis huiusmodi nove parochialis ecclesie ibidem „ac assignacionem dotis | eiusdem et institucionem presbyteri in „eadem facienda fuerit cum informacione sibi facienda et eciam „fide recipienda de et super assignacione illius dotis seu dote hu- „iusmodi facienda et ceteris a iure canonico statutis quomodolibet „vel ex nunc vltius faciendis cum omnibus et singulis emergen- „tibus incidentibus | dependentibus et eonnexis et cum potestate „mandandi auctoritate vestra literas huiusmodi nove ecclesie paro- „chialis in cancellaria cels. patern. vestr. expedire committere „dignemini cum clausulis opportunis.“ In fine vero dicte vltime commissionis sive supplicacionis cedula scripta erant de alia manu videlicet dicti domini | cardinalis legati prout in alijs supplicacio- nibus signari solent, peniter et omnino dissimili videlicet hec verba: Placent A. Cuius pretextu nos ad dicti magistri Johannis de loe procuratoris instantem petitionem magistrum Johannem Blisekolwe

procuratorem ex adverso supra dictum et dominum Arnoldum Rectorem | supradictum eiusque procuratores si qui essent in dicti domini cardinalis legati curia pro eodem ad videndum et audiendum dictam capellam sancti eligij in parochialem ecclesiam erigi et sacerdotem in ea institui et omnia alia fieri que ad dictas erectionem et institutionem pertinebant et alias per nos fieri debebant iuxta | vltimam commissionem nobis factam et presentatam et prout iura volunt tam per certum dicti domini cardinalis legati cursorem quam ad valuas seu portas supradictas citari fecimus ad diem et horam infrascriptas. Quibus quidem die et hora aduenientibus comparuit in Iudicio coram nobis magister Johannes de loe procurator supradictus procuratorio | nomine quo supra, et duas citationes in valuis seu portis sepedictis debite executas nostri sigilli impressione munitas certi tenoris exhibuit et representavit, citatorumque in ipsis contentorum, nec non magistri Johannis de Blisekolwe ex adverso procuratoris tunc ibidem supervenientis et presentis nec huiusmodi termino satisfacere curantis | contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari peccij et in ipsorum contumaciam dictam capellam sancti eligij in parochialem ecclesiam erigi et sacerdotem in ea institui iuxta antedictae vltime commissionis seu supplicationis cedulae continenciam et tenorem et pronunciarum prout iura volebant per nos | cum instantia postulavit. Nos tunc dictos citatos in antedictis citationibus contentos non comparentes quo ad actum et terminum huiusmodi reputavimus merito prout erant contumaces, et in earum contumaciam in presencia dicti magistri Johannis Blisekolwe ex adverso procuratoris et non contradicentis ad nostram | sententiam seu pronunciationem procedendum duximus, causamque in scriptis tulimus et presentibus fecimus in hunc modum. Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum deum, de Jurisperitorum consilio, pronunciamus, decernimus et declaramus, predictam capellam sancti eligij in villa de Sisencon | edificatam in parochialem ecclesiam cum fonte Baptistamali cimiterio campanis et alijs insignijs consuetis et necessarijs ad ecclesiam parochialem fore erigendam et in parochialem ecclesiam erigimus, Ita quod ipsa ecclesia sit ammodo per se parochia toto territorio dicte ville limitata, | In eaque sacerdotem ammodo in antea ad presentacionem Rectoris ecclesie in Altorf matricis cum canonico patroni assensu per loci ordinarium insti-

tuendum fore, hac vice duntaxat qua dictus Rector iure presentandi se reddidit indignum excepta, qui sacerdos sit, ut predicatur, in dicta ecclesia sancti | eligij instituendus, ad sustentacionem suam eiusdem ville de Sisenkon obvenciones ecclesiasticas et decimam vini in territorio eiusdem ville quolibet anno nascituri et eciam iam nati anno presenti in orreis Rectoris dicte matricis ecclesie non reconditi vel nomine suo alias non apprehensi, valeat et debeat percipere | et habere preter et vltra illud quod pro parte habitatorum et Incolarum ville predicte nomine dotis eiusdem ecclesie fuit et est promissum et constitutum prout apparere potest per publicum Instrumentum; de quo vino seu vini decima idem sacerdos matrici ecclesie predicte honoris gracia porcionem decimam seu partem aut eius iustum valorem | teneatur annuatim prestare et solvere, ac populum sepedicte ville de Sisenkon a iure predicte matricis ecclesie absoluendum fore et absoluimus. In quorum omnium testimonium presentes literas seu presens publicum Instrumentum per Theodoricum notarium et scribam nostrum infra scriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrique | sigilli appensione communiri. Lecta lata et in scriptis pronunciata fuit hec presens nostra sententia per nos Thomam auditorem supradictum Thuregi in Monasterio predicto nobis inibi mane hora terciarum vt supra ad iura reddendum in loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno, indiccione, pontificatu, quibus supra, die vero | Sabbati decima nona mensis predicti, presentibus ibidem discretis viris: domino remigio de tuba presbitero et Johanne de Traiecto clerico Treuerensis et leodicensis dyocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, et attenta dicte ville distancia.

Et ego Theodoricus copes de gronlo clericus Monasteriensis | dyocesis, publicus apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius, ac venerabilis et circumspecti viri domini Thome auditoris prefati et huiusmodi cause coram eo scriba, quia premissi decreti interposicioni et sentencie promulgacioni omnibusque alijs et singulis supra scriptis dum sicut premittitur per dictum dominum auditorem | et coram eo agerentur et fierent vna cum prenominatis testibus presens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui. Idcirco hoc presens publicum Instrumentum mea propria manu scriptum exinde confeci subscripsi publicauimus, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis | vna cum



appensione sigilli domini auditoris prelibati signaudi rogatus et requisitus in fidem omnium et singulorum premissorum. Tenor vero reverendissimi in Christo patris et domini domini cardinalis scriptorum de quibus supra fit mencio, sequitur in hec verba. (Folgt die Urk. vom 19 Weim. 1387 des Legaten Philipps von Alenconio.) \*

Et ego Ruedgerus dictus Mandach de Thurego clericus Constantiensis dyocesis publicus Imperiali auctoritate notarius iuratus, quia premissis omnibus et singulis vna cum prenotatis testibus, tempore et loco, quibus supra, presens interfui et ad mandatum honorabilis et periti viri magistri | Johannis de Riethein predicti prescriptas literas manu mea propria transsumi et exemplavi, ac de presente transsumto exemplari ad ipsas literas originales collacionem fidelem feci et in omnibus concordare inveni. Idcirco presens transsumptum exemplar publicavi et in hanc | publicam formam redigi signoque et nomine meis solitis et consuetis vna cum appensione sigilli domini et magistri Johannis de Riethein supradicti signavi in fidem et testimonium premissorum

Das Siegel hängt.

18.

**1593, 18 Augustmonats,**

(Geschichtsfreund VIII. 76.)

Landammann und Landleute zu Uri vereinigen sich über den Schaden, so sie der Abtiffin von Zürich (Beatrix von Wolhusen) per Uebergriffe zugefügt haben möchten, und geloben, dem Vermittlungsspruche der Boten von Zürich, Lucern, Schwyz und Unterwalden getreu nachleben zu wollen. Geben an dem achtzehenden tag des Manodes ovgsten.

19.

**1418, 4 März.**

(Geschichtsfreund II. 193.)

Annastasha von der hohen Klingen, Abtiffin, und das Capitel des Gotteshauses zu Zürich, geben Urkunde, daß sie zum Nutzen der Capelle auf Seelisberg, den Zehnten des Dorfes an die Kirchgenossen um 34 rheinische Gulden abgetreten haben. Dagegen geloben aber die Dorfleute, einen eigenen Caplan fürderhin zu halten, und zu erhalten, der dem Leutprieester in Altdorf unterstellt sei. Geben an dem vierden Tag des manoz Merzen.

20.

1426, 22 Mai.

(Geschichtsfreund V. 284.)

Annastasya Abtiffin von Zürich, urkundet, daß sie den Zehnten des Mayeramts zu Silenen, Wassen und Göschinen, den Kirchengenossen von Silenen um 80 rheinische Gulden mit allen Rechten und Zugehörungen zu kaufen gegeben habe. Geben an dem zwen vnd zwenzigosten Tag des Monats Meyen.

21.

1426, 5 Herbstmonats.

(Kirchenurbar zu Bürgeln.)

Anastasia von der hohen Klingen Abtiffin zu Zürich, gibt unter Bedingungen den Zehnten von Bürgeln, Schachdorf und Spiringen, mit Ausnahme des Lämmerzehnten und desjenigen des Eigristen, frei. Geben an dem dritten tag des ersten Herbstmonodes. <sup>1)</sup>

22.

1426, 5 Herbstmonats.

(Kirchenurbar zu Bürgeln.)

Anastasia von der hohen Klingen tuot kunt, daß si mit guoter Vorbetrachtung vnd mit rath, den lamberzehenden ze bürgelen, vnd ze Schatdorf, vnd ze spiringen ze Bry, mit aller rechtung als si die abtye vnd der Mayer inngenommen handt, eines rechten koufs gebe den Ersamen kilchgenossen der kilchen Bürgelen vnd schatdorf, vmb dreyhundert Rinischer Gulden gueter vnd gäber an Gold vnd an gewicht, dero si ouch von den selben genzlich bezahlt sy. Si habe diese Verkäuffe getan vmb desswillen, daß ein jeklicher kilchherr die selben kilchen mit gottesdienst dester bas möge versehen. Dar vmb so entziehe si sich aller ansprach, so si an dem lamberzehenden der obigen dreyer kilchen je gehabt habe. Dat. an dem dritten tag des ersten herbstmonats. <sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Im Geschichtsfrd. (VIII. 91.) als Widerbrief der Kirchengenossen von Bürgeln aufgenommen.

<sup>2)</sup> Die Urschrift soll nicht mehr vorhanden sein.

23.

1428, 4 Brachmonats.

(Kirchenlade Altdorf.)

Dieselbe Abtiffin Anastasia gibt zum Unterhalt des Leutpriesters in Altdorf den Zehnten und das Mayeramt der Kirche von Altdorf und ihrer Capellen zu Erstfeld, Attinghusen, und Seedorf, durch Vermittlung des Johannes zum Brunnen und Johannes Kempf frei, wogegen die Kirchgenossen das Pfarrhaus in gutem Zustande erhalten, päpstliche u. Steuern tragen, und Gottesdienst halten sollen. Sie ertheilt freie Pfarrwahl, und das Versprechen, den Neugewählten dem Bischoffe von Constanz empfehlen zu wollen. Geben Zürich an vierden tag Brachoz. <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Bereits dem Widerbriefe eingeschalten im Geschichtsfreunde VIII. 97.

